1162 11.

Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi millesimo centesimo sexagesimo secto. die martis q(ue)
fuit in mense ianuarii. indictione undecima. Constat me gerardus qui dicitur de offone
[illegible] et cristina iugales [illegible] consentiente q(ue) [illegible] omni suo iuri renunciavit. q(ui) professi
sum lege vivere longobardorum. accepisse sicuti in presentia testium manifestus sum. q(uod) accepi a te
martino qui dicitur belem. denariorum bonorum mediolanensium tres libras. et sol(idos) sex. finito precio sicuti
inter nos convenimus nominatim pro petia una [illegible] aratoria mea fictalicia. reddendo annualiter duos
denarios de cremona fictum. q(ue) iacet in loco gualearigo. in campo attoni. pertice decem et octo. sive plus. Co
het ei amane filiorum nazarii de sabluncello. a mane et a sero. via. a monte eptoi. sive alie sunt cohe(ren)
tie. Quam autem istam terram de terra aratoria superius dicta tibi isto martino. pro isto precio vendo trado
et per presentem cartam venditionis mee [illegible] ad istum fictum reddendum. [illegible] habendum confirmo. fa
ciendum exinde tu et heredes tui aut cui vos dederitis. una cum accessione et ingressu. seu cum superiore
et inferiore sua. [illegible] vestro [illegible] sine omni mea isti gerardi. heredumque meorum contradiccione.
Et insuper promitto ego iste gerardus per me et meos heredes. tibi isto martino tuisque heredibus aut
cui vos dederitis istam terram ab omni homine defendere. Quod si defendere non potuimus. aut si vobis
exinde aliquid per quodvis ingenium subtrahere quesierimus. aut si apparuerit datum in alia partem
factum et claruerit. Tunc promitto ego iste gerardus per me et meos heredes tibi isto martino tu
isque heredibus aut cui vos dederitis istam terram componere in duplum. sicut pro tempore fuerit meliorata aut
valuerit sub estimatione in consimili loco. Et insuper guadiam dedit prefatus gerardus sub pena sex
librarum bonorum denariorum mediolanensium. isto martino. ita ut si litis apparuerit ab isto die usque ad annum
nos duos de ista venditione. isto martino aut eius heredi seu cui dederit. ex parte pon[illegible]
[illegible] iste gerardus per se et suos heredes habet expedire. et andrea mo(n)tena[illegible]
[illegible] promisit expedire renunciato omni auxilio fideiussoris et intercessoris.

Signum [illegible] per manum isti gerardi. qui hanc cartam fieri rogavit ut supra. Ibi fuit
adam de la uulpe. bastardus. ferettus rogati testes. Morbio 16 (11)

Ego albertus notarius sacri pallatii ibi fui et hanc cartam rogatus scripsi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1761654381-10/fragment/page=0001

38. MCLXII. Vendita

Venditionē fecit gerungus de [illegible] de ten.

Dacca

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1761654381-10/fragment/page=0002